QVÆSTIONES (CHRISTO propitio) in Vesperijs discutiendæ. *Iul.* 10. 1602.

Quæstiones Incæptoris KING.

An
- Hoc est Corpus meum, sit figurata locutio, *Aff.*
- Elementa transubstãtientur in Eucharistia, *Ne.*
- Sit vera participatio Corporis & Sanguinis Christi, *Aff.*

Quæstiones Incæptoris GOODWIN.

An
- Concupiscentia in renatis, peccatum est, *Aff.*
- Nemo potest in hac mortali vita perfectè legem Dei implere, *Aff.*
- Justitia nostra, quâ coram Deô iustificamur, imputativa est, *Aff.*

Quæst. Inceptoris BRODSHAW.

An
- Nemo iustificatur iustitia inhærenti. *Aff.*
- Christus solus implevit legem. *Aff.*
- Leges humanæ obligant conscientiam.

Quæstiones Inceptoris. SWADDON.

An
- Sacræ Scripturæ authoritas pendeat ab Ecclesia. *Neg.*
- Ecclesia possit errare. *Aff.*
- Episcopatus in Ecclesia sit ab institutione diuina. *Aff.*

Quæstiones Inceptoris.
LANGFORD.

An
- Liceat facere Imaginem Dei? *Neg.*
- Imagines sint adorandæ? *Neg.*
- Sancti defuncti sint invocandi? *Neg.*

Quæ-

Quæstiones Inceptoris.
TOMSONI

Quisquam esse possit simpliciter Atheos. *Neg.*
Fides sine cessaria ad finem suum assequendum. *Aff.*
Homo se possit ad fidem præparare sine gratia. *Neg.*

Quæstiones Inceptoris. THORNE.

Testamenti veteris libri Hebraicè conscripti soli sint Authentici. *Aff.*
Novi Græciq; Testamenti libri aliqui sint Apocryphi. *Neg.*
Scriptura veteris noviq; Testamenti Canonica omnia contineat ad salutem necessaria. *Aff.*

Quæstiones Incæptoris
HOVSON.

An
- Matrimonium sit Sacramentum, *Ne.*
- Liceat causâ adulterij vxorem dimittere, *Aff.*
- Vxore adulterâ dimissa liceat aliam superinducere, *Ne.*

Quæstiones Incæptoris.
RIVES.

An
- Omnia peccata sint mortalia, nec tamen paria, *Aff.*
- Liceat fugere in persequutione, *Aff.*
- Omnia opera infidelium sint peccata, *Aff.*

Quæsti-

SPENSER.

Voluntas hominis ex sua vi naturali liberè velle potest quodcunque ipsi apparet bonum? *Neg.*

An Voluntas hominis animalis ex suâ vi propriâ moveri non potest ad verum bonum, *Aff.*

Quòd voluntas verum bonum velit, totũ est à Regenerante Gratia, *Aff.*

Quæstiones Inceptoriæ.

NEWMAN.

Sacra Scriptura in linguas vernaculas licitè transferatur. *Aff.*

An In linguis vernaculis sacra publica sint peragenda. *Aff.*

Omnibus sine discrimine permittenda sit scripturarum lectio, *Aff.*

Quæstiones Incapt. WILLIAMS

Sancti sint adorandi et inuocandi. *Neg.*

An. Sanctorum reliquiæ & Imagines sint colendæ. *Neg.*

Templa, festa, et peregrinationes in honorem Sanctorum fieri debeant. *Neg.*

Quæstiones Theologicæ discutiendæ in Comitijs (Deopropitio) Iulij 12. 1602. Resp Mro. HOCKENS.

Oppo.
D. King.
D. Goodwin.
D. Brodshawe.
D. Swaddon.
D. Langeford.
D. Tomson.
D. Thorne.
D. Howson.
D. Riues.
D. Spenser.
D. Newman.
D. Williams.

An. { Panis & Vinū in Cæna Domini non transubstantiantur in Corpus et Sanguinem Christi. *Aff.*

An. { Missa papistica nullam habet authoritatem ex Sacra Scriptura. *Aff.*

Communio est administranda sub vtraq; specie omnibus fidelibus. *Aff.*

Quæst. in Iure Civili in Vesperijs discutiendæ respondente D. Hussey.

AN princeps priuilegium à predecessoribus suis concessum iure possit ex causa dissoluere? *Aff.*

Si pecunia vsui, in quē legata est, non sufficiat, an in alium possit cōuerti? *Aff.*

An aliquis possit sibi ius dicere? *Aff.*

Quæstiones D. Doctoris Budden in Iure Ciuili, in Vesperijs discutiendæ.

PRincipi non subditus, læsæ maiestatis Crimen in eum non admittit.

Delicta extra territorium Commissa sunt punienda.

Priuilegia paucis cõcessa, qui posteà in magnam excrescunt multitudinem, non sunt reuocanda.

Quæst. Oleueri Loydesso. in Vesperijs.

Vtrum
- Liceat raptorem ob tutelam rerum occidere? *Aff.*
- Res ab hostibus recuperatę prioribus dominis sint restituendæ. *Aff.*
- Cõductor re cõducta impeditus vti pẽsione liberetur? *Aff.*

Quæst. in Iure Ciuili discutiendæ in comitijs (Deo propitio) Resp. Th. Riues.

Vtrum ante septimum vel post decimum mẽsem natus sit legitimus? *Neg.*

Vtrum ad sponsalia implenda cogi quis possit? *Neg.*

Vtrum liceat seipsũ interficere? *Neg.*

QVÆSTIONES DO. ctoris King.

Hoc eſt Corpus meum, eſt propoſitio figurata.

AVt tropus, aut ſcelus eſt; occidit Litera Chriſtū,
Nec caro nos Chriſti carnea prorſus alit.
Aut tropus, aut epulæ Lapitharum, et cœna Thyeſtis;
Inq; hominum ſeſe viſcera condit homo.
Aut tropus, aut artus fidei periêre, nec illum
Quem capiet Cælum, ſi venit inde, capit.
Aut tropus, aut corpus nullum; ceſſare, moueri,
Stare, errare ſimul corporis eſſe putem?
Vnum erit et varium? finitum & fine carebit?
Vna ſuperficies an loca mille tenet?
Aut tropus, aut totidem, quot obibit ſacra ſacerdos,
Miſſa parit Chriſtos et noua mater erit.
Aut tropus, aut Iudas comedit quod Petrus, et eſca
Non animæ et mentis ſed mihi ventris erit.
Nec rèfert referamnè aquilas an gracculus adſim,
Exacuam dentes inſtituamuè fidem.
Aut tropus, aut ratio, ſenſus, ſcriptura, vetuſtas,
Cuncta fefellerunt, Tu quoq, Chriſte Deus.

NON

Non est Transubstantiatio elementorum in Eucharistia.

QVi μεταμορφώσεις scripsisti Naso stupendas,
Lusisti ingenio Naso poeta tuo.
Seria res agitur: Christi monumenta novantur,
Inq; locum veri ficta Chimæra subit.
Nota elementa capit Christus, notisq; profatur
Vocibus, hoc Corpus, Sanguis & iste meus.
Ecce novatores Corpusq; ipsumq; cruorem
Panis, & in vini substituere locum.
Dixit, & est factum: potuit, voluisse fatendum est:
Quanquam multa minùs posse potentèr habet.
Panem dicit odor gustusq; & lumina dicunt;
Non, si gustus, odor lumina, panis erit.
Panem Christus ait, frangit, dat, monstrat, & inquit,
Hoc: non si iurent omnia, panis erit.
Quid tum panis erit? manes, res transit in vmbras,
Subiectum in formas, ens nihil entis habet.
Hoc, nempè hæ species, incertum, quodq; vagatur;
Quicquid id est aliquid, quicquid & est nihil est.
Monstra hominũ, qui non miracula, monstra creastis
Naturæ & fidei prodigiosa nimis.
Quiq; creaturas vos perdere posse putastis
Quiq; Creatorem condere posse ionis.
Panicus hic stupor est panem incarnare loquendo,
Impanare hominem, voce creare Deum.

Vers

Vera & realis est participatio Corporis et Sanguinis Christi in Eucharistia.

PAlmitibus sine vite suâ quæ vita ? vel orba
Orbe sui capitis quid tua membra valent?
Christi ego sum capitis membrum vitisq; propago,
Aut mihi Christus adest, aut mihi vita deest.
Non editur, bibitur Christus ? nec viuitur illo
Fæx mea terrenæ carnis alenda modo.
Non editur bibiturq; fide ? nec viuitur illo
Ore opus et stomacho; qui modò credit, edit.
Nec caro nec carni prodest, et spiritus ejus
Dat vitam, & nostrer spiritus indè trahit.
Quin mihi jungatur Christus, lis nulla mouetur,
Ast proprium signis corpus inesse nego.
Signa docent oculos, oculi cor, corde tenetur
Visa fidem faciunt, & mihi vita fides.